Expositio Egidii Romani super libros Posteriorum Aristotelis cū textu eiusdē.

C Excellētissimi artium z sacre theologie doctoris dñi Egidij Romani archiepī̄ sullis Bituricēsis: ordis Eremitarũ sci Augustini in libros posterioꝝ Arist. expō.

Enerabili viro

ex angloꝝ spectabili ꝓsapia oriundo dño Stephano de Maulay. Frater Egidius Roman⁹ ordinis eremitarum sancti Augustini. salutē in eo qui est fons sapiētie z intellectus. In 2° rhetoricoꝝ phus volēs de nobilitate aliq̄lem notitiam tradē honoris ematiuam ipsam eē descripsit. Cum ergo de numero bonoꝝ honorabiliũ sciam opinemur: decet nos quadam moueri solertia ad capessendā phicam disciplinam. z maxime qñ sil' cum nobilitate gñis ꝯcurrit mētis industria z pspicacitas itellectus. Quare si me uestra nobilitas regauit q̄tenus id modicũ. qḋ ad expositionē libri posterioꝝ ediderim tpibus retroactis cura pugilli ꝯsumarē. tāto uos magis ostēditis originē nobilē z aio generosum: quāto pfatus liber iter ceteros alios intellectũ humanũ clarius z certius dirigit in abdita sciarum. ad qḋ zelo uestre dilectionis eximio una cum utilitate reipublice inclinatus: annuente altissimo editionem ꝓsequar ꝓut uestra excellēs generositas postulauit.

Philosophus

I tertio de aīa uolēs ostēdere modum cognoscēdi intellect⁹ nr̄i ait. q opꝫ ait potētia eē cognoscēs in ipso. si ṽo alicui inest Frũ ipse semetipm cognoscit z actu est z sepabile est. Ex quo ẽbis sufficiēter iuestigare possumus necessitatē dialectice. spāliter libri posterioꝝ quē hēmus pre manib⁹. Nā sup illo ẽbo phi in 2° me^c. malū est simul quere sciam z modū sciēdi. vult Cōmētator q modū sciēdi appellet logicā sine qua nō pōt eē aliqs istruct⁹ in alią sciā: qꝛ ut ibidē innuit logica est quedam via ad ceteras scias. qre dialetica de qua intēdim⁹ sermonem facit eā magis modus sciēdi q̄ scia. Nā nō est necessaris logica pp̄ter res scitas sed pp̄ter nr̄m modū sciēdi. pōt enim res sciri absq logica. nam sube sepate qꝛ nō intelligūt cum discursu ue sciāt res nō indigēt logica. qre logica magis est dicta modus sciēdi q̄ scia: qꝛ nō pp̄ter res scitas sed etiā pp̄ter nr̄m modum sciēdi necesse fuit logicā inuenire. cum modus cognoscēdi nr̄ sit in potētia. qꝛ ut dictū est intellect⁹ nr̄ est potētia cognoscēs. opꝫ ex potētialitate intellect⁹ nr̄i iuestigare: cū qre necesse fuit iuenire dialeticam. ergo qꝛ intellect⁹ nr̄ est cognoscēs in potētia. z qꝛ in actibus rōnis ē potētialitas admixta: pōt ibi cadē malū z error. C Tue ergo pp̄ter potētialitatē admixtā male rōcinemur z erremus in actib⁹ rōnis inuēta fuit logica que est p̄ actus directiua. vñ z phs dicit in. 11. meta^c. loquitur de errore z malo. q malū nō est absolutum a rebus existēbus in potētia. z subdit ibidē. q malū naliter est post potētiā. z idem ibidē ait. q in reb⁹ que sunt eterne z que sūt actu nō est aliqḋ malū oīno neq error. Itaq sicut amoto p̄ore tollit posterius. sic amota ipsa potētia tollit oē malū z ois error: qꝛ ut patet per habita. malū z error naliter sunt ex potētia. Si ergo dialetica inuēta est ne erret in actib⁹ rōnis: cū h⁹ error nō possit originē sumē nisi ex potētialitate intellectus nri. bñ dictū est: q qꝛ intellect⁹ nr̄ est potētia cognoscēs: ideo pōt in suo actu errare: ad obuiādum necesse fuit logicā inuenire. hoc ergo est qḋ ait phus loquēs de intellectu nr̄o. q opꝫ eē potētia cognoscens z in ipso opꝫ eē potētialitatē quādā. Si ṽo alicui intellectui inest ꝯtrium huius qḋ nō sit potētia cognoscens ipse h⁹ intellectus seipm cognoscit z actu est z sepabile a potētialitate z in eius itellectu nō pōt aliqs error incidere. Tota igit causa q̄re indigemus dialetica tan q̄ via ad alias scias. sumit ex potētialitate intellectus nri. ex qua potētialitate pōt admisceri error in actib⁹ rōnis. Quare si ex potētialitate intellectus nri opꝫ inuestigare necessitatē dialetice: iuxta triplicē potētialitatem quam in intellectu nr̄o ꝯspicimus. possumus tres eēntiales ptes assignare dialetice. Nam itellect⁹ nr̄ p̄mo est in potētia: qꝛ nō statim cū intelligit gen⁹: intelligit dr̄ias. nec statim cum intelligit dr̄iam intelligit spēm. ne ergo in h⁹ ꝯceptionibus erret necesse fuit ut patebit tradere sciam libri p̄dicamētoꝝ. Scḋo intellectus nr̄ est in potētia: qꝛ nō statim cum intelligit subiectū intelligit p̄dicatū. ne ergo in ꝯiūgēdo p̄dicatum subiecto: z ne in formādo enūciationem erret: necesse fuit inuenire sciam libri piermenias: in quo de enūciatione tractat. Tertio intellectus nr̄ est in potentia: qꝛ nō statim intellectis p̄ncipijs intelligit conclones: ideo ne in sillogiçādo: z ne inducēdo conclones ex p̄ncipijs error accideret: necesse fuit inuenire illā ptem logice traditam in arte noua. ubi de oī sillogismo tradit notitia. Primo ergo intellectus nr̄ est in potētia: qꝛ nō statim cū intelligit genus intelligit dr̄iaz: nec statim cum itelligit dr̄iam intelligit spēm pp̄ter qḋ errat in intelligēdo simplicia z in formādo diffinitionē. Nam lꝫ circa intellectū simpliciū nō ꝯtingat error p se: accidit tñ ibi error per accñs ꝓut in ipso intellectu simpliciū rōne modi intelligēdi hēt ibi eē quedā compositio que est duplex. Nam itelligēdo simplicia z formādo diffinitionē p̄mo ꝯiūgimus dr̄iam gñi z constituimus diffinitionē. 2° adaptamus diffinitionē cōstitutā diffinito: z intelligimus rei q̄dditatē. Poterit ergo in talib⁹ eē error: uel qꝛ debitā dr̄iam nō ꝯiūgim⁹ debito gñi: utputa si latū adderemus linee: uel qꝛ debitam diffinitionē nō addimus debito diffinito: utputa si diffinitionē vnius rei adaptaremus aly. z qḋ dictuꝫ est de diffinitione intelligēdum est de oī descriptione. Nam z in descriptione cōtingit error: uel qꝛ descriptionem nō debite formamus: uel qꝛ eam nō debite adaptamus. Si ergo statim cū intelligimus genus itelligeremus dr̄iam nō erraremus in formādo diffōnem: z si statim intellecta dr̄ia itelligeremus spēm nō erraremus in adaptādo diffinitionē debito diffinito. Et sicut ꝯtingit errare in diffinitione dupl̄r. uel qꝛ diffinitionē nō debite formamus: uel qꝛ eam nō debite adaptamus. sic etiam ꝯtingit errare dupl̄r in descriptiōe: uel qꝛ descriptionē nō debite formamus: uel qꝛ eā nō debite adaptamus. z qꝛ intelligēdo simplicia z intelligēdo significata termino p̄ semp formamus nobis aliquem vnū ꝯceptū qui cōceptus in hñtib⁹ diffinitiōeꝫ est diffinitio. iuxta illud. 4. me^c. Rō quā signat nomē est diffinitio: in nō hñtib⁹ aūt diffinitionē est aliqd loco diffinitionis: qꝛ est aliq̄ descriptio. in h⁹ descriptionib⁹ q̄s format intellect⁹ in itelligēdo simplicia pōt errare: uel qꝛ nō debitū ꝯceptū format: uel qꝛ debitū cōceptū nō aptat debite q̄dditati. nec debitā diffinitionem debito diffinito. C Sed si itellect⁹ nr̄ nō eēt itelligēs in potētia: statī cū itelligeret genus uel q̄dcūq ꝯcie itelligeret ea per que debite pōt ꝯtrhi: z nō erraret in formādo diffinitiones: nec in formādo quoscūq ꝯceptus z q̄scūq descriptiones. z si statim cū format sibi ꝯcept⁹ aliquos: itelligeret q̄dditates q̄rū sunt illi cōceptus: sicut nō erraret in formādo ꝯceptū sic nō erraret in adaptādo cōcept⁹ rebus. Quare si intelligēdo simplicia pp̄ter potētialitatē itellect⁹ nr̄i errare possum⁹ z uel qꝛ nō debite formamus ꝯcept⁹. uel qꝛ ꝯceptus formatos nō debite adaptamus. ne erraremus in informādo in mēte nr̄a ꝯceptū sub eē cuiuslibet p̄dicamēti. z

ne erraremꝰ in adaptādo hꝰͥ ꝯceptꝰ formatos q̄ddita tibꝰ:ut q̄r forte ꝯceptū quātitatis ⁊ id qḋ significat h̄ noīe quāti adaptemꝰ q̄litati uel aliꝗ p̄dicamēto neces se fuit tradē sciam libri p̄dicamētoꝝ.per quā regulam in formādo nobis ꝯceptꝰ de.10.p̄dicamētis.⁊ in aptā do hꝰͥ ꝯceptꝰ formatos debitis p̄dicamētis doceamur: fuit ḡ necesse eradē doctrinā libri p̄ntorū:q̄r ibi docet q̄d significat noīe cuiuslibet p̄nti.ex qua doctrina possu mus nobis debitos ꝯceptꝰ formare de his.⁊ hꝰͥ cōce ptꝰ formatos rebꝰ q̄bꝰ cōpetūt:possumus debite ada ptare.¶ Est tn̄ diligēter notādū ꝙ q̄r itell's nō sic fer tur in q̄dditates rerū simplr̄:ut itellectꝰ subarū sepata rū imo circūloquit hꝰͥ q̄dditates.⁊ ꝓprias dr̄ias rerū nescit ꝓpriis rōnibꝰ noīare.ideo nō solū itellecto gn̄e statim nō itelligit dr̄iam:imo itellecta dr̄ia nō statim i telliget rē cuius est illa dr̄ia.Nā si q̄drupes ponat dif ferētia aīalis:posset ⁊ decupes dr̄ia assignari.forte enī multa sunt aīalia h̄ntia 10.pedes.attn̄ q̄r bipes ⁊ qua drupes ⁊ decupes sunt circūlocutiones dr̄iatū:nō opꝫ ꝙ qui itelligit has dr̄ias ꝙ cognoscat aīalia h̄ntia.10. pedes.¶ Viso quō itelligit:q̄r est potētia cognoscēs ⁊ nō statim cū itelligit genus itelligit dr̄iam.nec stati cū itelligit dr̄iam itelligit illā rez cuius est dr̄ia.ꝓp qḋ pōt errare in itellectu simpliciū ⁊ in significationibus terminoꝝ.ideo necesse fuit cōponē librū p̄ntoruz.ubi ostēdit q̄d significat noīe cuiuslibet p̄nti.reliq̄ de leui patēt.Nā planū est quō itellectus nr̄ est in potētia:q̄r nō statim cū itelligit s̄bm ītelligit p̄dicatuz.ꝓp qḋ pōt errare in formādo enūciationē.ideo necesse fuit cōpo nere librū piermenias.ubi de enūciatione tractatur. Tertio ut dicebat:itellectꝰ nr̄ est in potētia:q̄r nō sta tim cū itelligit p̄ncipia itelligit ꝯclōnes.ideo in sillo gizādo p̄mo necesse fuit cōponē libros artis noue:ubi agit de sillo.⁊ sp̄aliter necesse fuit librū posteriorū cō ponē quē h̄emus pre manibꝰ:ubi agit de sill'o demon stratiuo qui est sillus apodicticon.i.faciēs scire.Patet igit ꝙ q̄r itellectꝰ nr̄ est potētia cognoscēs.⁊ q̄r pōt er rare in cōceptu simplici ⁊ cōponēdo ⁊ diuidēdo ⁊ etiā discurrēdo.ideo necesse fuit logicā iuenire quātū ad li brū p̄dicamētoꝝ ne erraret in simplicibꝰ cōceptibꝰ.⁊ quātū ad librū piermenias ne erraret in enūciationi bus.⁊ quātū ad libros artis noue ne erraret in argu mētationibꝰ.Sed si alicui itellectui iest ꝯr̄iū.vz ꝙ nō sit potētia cognoscēs.ille est actu ens:q̄r sepabilis a re bus m̄alibꝰ:⁊ nō est forma corpis.hꝰͥ itaqꝫ itellectus: q̄r nō est potētia cognoscēs nō errabit in itellectu sim plicium.nec itelliget cōponēdo ⁊ diuidēdo.nec itelli get discurrēdo.ꝓp qḋ nō indigebit logica ut per eā hē at sciam de rebꝰ.Tota igit cā necessitatis logice acci piēda est ex mō itelligēdi nr̄o.cū ergo dialetica sit mo dus sciēdi:⁊ ꝓp scire sit inuēta:eo ꝙ sit via ad ceteras scias:lꝫ tota dialetica sit nec̄ia.potissime tn̄ necessariꝰ est iste liber ubi agit de sill'o demōstratiuo faciēte scire ex quo patet q̄d sit s̄bm huius libri.⁊ que sit cā m̄alis: q̄r tn̄ hic p̄ncipalr̄ intēdit de demōstratione.demōstra tio siue sillus demōstratiuus pōt poni hic m̄a ul' s̄bm. efficiēs aūt formalis uel finalis patere p̄nt per ea que coiter in p̄ncipiis libroꝝ eradunt.

His visis ad itelligētiā doctoꝝ quedā cōīa du bitamꝰ.Cū ḡ hic liber sit de demr̄ati one ⁊ demr̄atio sit sillus faciēs scire.Dubitaret forte aliqs:utrū per demr̄ationē aggn̄et scia.⁊ videt ꝙ nō: q̄r scia idē est ꝙ certa cognitio:cū certior sit cognitio p̄ncipioꝝ q̄ꝫ ꝯclōnū:q̄r ꝓp qḋ vnūqḋqꝫ tale ⁊ illō ma gis.Si ḡ per demr̄ationē aggn̄et certa cognitio cū cer tior sit cognitio p̄ncipioꝝ q̄ꝫ ꝯclōnū eēnt p̄ncipia de mōstrabilia:qḋ falsum est.¶ P̄s.illud qḋ maxime fac ad errorē nō videt aggenerare sciaz:sed hec est dr̄ia in ter itellectū ⁊ sensum s̄m Cōmētatorē in.2.de aīa.q̄r i tellectꝰ nō errat circa itelligibilia cōīa sed circa ꝓpria. sensus aūt ecōuerario nō errat circa sensibilia ꝓpria sed circa coīa.igit cū demr̄atio sit ex ꝓpriis ⁊ erga ꝓpria maximus error accidet.nō videt ergo ex talibꝰ aggn̄a ri scia sed magis ignorātia.¶ In ꝯr̄iū est p̄hs qui de mōstrationē uocat sill'm apodicticon.i.faciētem scire. ¶ Dōm ꝙ ut īfra dicet.Scire opinamur vnūqḋqꝫ cū cām cognoscimꝰ:⁊ q̄m illius est cā:⁊ ꝙ nō ꝯtingit aliter se hēre.Si ergo aliqs sillus nō aggn̄et sciaz hoc est uel q̄r nō ꝓcedit ex cāis:sed ꝓcedit ex q̄busdā ꝓba bilibꝰ:⁊ ex q̄busdā signis:uel si sill's accipit cām:non accipit cām:que sit ꝓpria illius:ita ꝙ nō ꝓcedit ex ꝓ priis:sed ex q̄busdā coībꝰ.illud ergo qḋ aggn̄at sciam nō solū debet eē cā:sed ēt dꝫ eē ꝓpria cā huiꝰ.ꝯꝰ nō ag gn̄at scia per sill'm:q̄r si accipit ibi cā ut cā ꝓpria:nō tn̄ accipit cā per se ⁊ imediata:que de necessitate ifert ef fectū:⁊ que nō pōt alr̄ se hēre:sed cū oīa ista ꝯcurrāt.s. ꝙ ibi est ꝓcessus ex cāis ⁊ ex cāis huius.i.ex ꝓpriis:⁊ ex cāis que nō ꝯtingūt alr̄ se hēre.⁊ ꝙ posite ponūt ef fectū:cuiusmodi sunt cāe per se ⁊ imediate:opꝫ ex tali ꝓcessu aggn̄ari sciam.⁊ q̄r oīa ista ꝯcurrūt ad demr̄ati onē:q̄r demr̄atio est ex cāis ꝯclōnis ueris p̄mis ⁊ ime diatis:opꝫ demr̄ationē eē sill'm apodicticon.i.aggn̄an tē sciam.¶ Ad v̄o obyciebat:ꝙ si certa cognitio hē ret per demr̄ationē:cū p̄ncipioꝝ sit certa cognitio:p̄n cipia eēnt demr̄abilia.Dici debet:ꝙ ut patebit non oīs certa cognitio hētur per demr̄ationē:sed solū ha bet per demr̄ationē certa cognitio ꝯclōnū:que ꝓprie uocat scia:nō aūt habet per demr̄ationē certa cogni tio p̄ncipioꝝ:q̄r hꝰͥ cognitio:ut ibi patebit non meret scia dici:sed itellectꝰ.¶ Ad v̄o ulteriꝰ argnebat:ꝙ cir ca ꝓpria maxime ꝯtingit errare.Dici dꝫ:ꝙ rō arguit op positū:nō ꝓpositū.Nā ars est circa difficile:⁊ circa id circa qḋ ꝯtingit errare:ideo opoztuit eē artē de demō stratione ⁊ per demr̄ationē:ne circa talia erraremus. ¶ Ulteriꝰ.dato ꝙ per demr̄ationē sic sit scia:q̄r ꝓce dit ex cāis ꝓpriis ⁊ imediatis que sciam cāt.Dubita ret forte aliqs utrū de demr̄atione sit scia.⁊ vi ꝙ non: q̄r ut dictū est:scia est per demr̄ationē.si ḡ de demr̄ati one eēt scia:sciret demr̄atio per demr̄ationē ⁊ alia de mōstratio per demr̄ationē:⁊ ita eēt ꝓcessus in ifinitū: qḋ est icōueniēs.¶ P̄s.ut coiter arguit:nō est idē orga nū ⁊ s̄bm.videmꝰ enī in arte fabrili ꝙ martellus q est organū per qḋ faber agit:est res alia ⁊ dr̄ns ab eo p qḋ martellū efficit:⁊ ab eo qḋ subycit actioni martelli:sꝫ per ḡ instrm̄ est dr̄ns ab eo circa qḋ v̄sat actio instri:q̄r tūc idē ageret in seip̄m: q̄re si demr̄atio est instrm̄:per qḋ scimꝰ:nō poterit demr̄atio eē s̄bm in scia.nec pote rit eē id de quo est scia:non ḡ erit scia de demr̄atione. ¶ In ꝯr̄iū est p̄hs qui eradit artē demr̄andi.est ḡ ars ⁊ scia de demr̄atiōe.¶ Dōm ꝙ si uera eēt positio Aui cē.forte de facili possemus satisfacē q̄ōni.ponit enim Auic.ꝙ in actibꝰ aīe nō est icōueniēs ire in ifinitū:ut si per aliquē actū itelligēdi itelligo aliq̄d:⁊ per aliū actū itelligēdi itelligo me itelligē.Rursus ēt per aliū actū itelligo me itelligē:⁊ sic s̄m eū in actibꝰ rōnis pōt esse ꝓcessus in ifinitū.Et q̄r demr̄are ⁊ arguē ⁊ sillogiza re ⁊ oīno discurrē ab vno in aliud sunt actꝰ rōnis.Jō forte diceret aliqs ꝙ per demr̄ationē habet scia de de mōstratione.⁊ de illa demr̄atione habet scia p demr̄a tionē.⁊ sic in ifinitū.Sed hꝰͥ dictū stare nō pōt:q̄r nō videt Arĩs.hūc modū tenuisse:ꝙ eradat sciam de de mōstratione per demr̄ationē aliā:⁊ de illa per illam:⁊ sic in ifinitū.¶ Amplius cū infinitū sit ignotū:ut di cit p̄hꝰ phisicoꝝ.si eēt sic ꝓcessus in ifinitū nihil oīo sci remus.nā si nō possumus certificari de demr̄atiōe nisi per demr̄ationē aliā:nec de illa nisi per aliā ⁊ ita in ifi nitū:cū terminare nō possit:nunq̄ꝫ possemꝰ uenire ad finē:ꝙ hēremus certitudinē aliquā de arte demr̄andi.

Propter hoc dicit aliter a quibusdam. q sicut faber cum
vno martello facit aliu martellum: ita q ibi martellus
est organu actionis et est illud qd actioni subijcit. non
tn est idem martellus qui est organu et qui subijcit actio
ni. nec est in martellis processus in infinitu. sicut aiunt.
per demonstratione est scientia de demonstratione. no tn est eadem
demonstratio hec et illa. nec est in demonstrationibus processus i
infinitu. Sed nec hoc sufficit: qr si faber per aliquam
actione fabricaret oem martellu: non posset illa actio
nem agere cu martello: qr tuc ille martellus seipm effi
ceret. igit cu in hoc libro det ars de oi demonstratione: no
poterit hoc fieri per demonstratione: qr tuc illa demonstra
tio seipsam demonstraret. ¶ Sciendu est q si propriu orga
nu logice eet demonstratio: sicut est sillus dialeticus vel sil
logismus simplr sumptus sicut forte congrue sustineri pos
set. q dialeticus sillando docet sillogizare. sic congrue
sustineri posset q demonstrando docet demonstrare. et q p de
monstratione habet scientia de demonstratione. Verum qr propriu
instrm logice no est demonstratio. possumus dicere q do
cens demonstrare no demonstrat: nisi forte per accidens in
quantu docens demonstrare adducit demonstrationes ali
quas gratia exempli. exempla aut no sunt de necessitate artis
Dicamus ergo q proposita dubitatio sumit originem ex
falsa imaginatione. imaginat enim sic querens q docens
demonstrare demonstraret: sed supposito q docens demon
strare no demonstraret. ut in prosequendo patebit. rationes
supius facte sunt solute: et non habet dubiu qd querit
¶ Ulterius dubitaret forte aliquis. dato q ars demon
strandi no doceat demonstratiue. utru ars sillogizandi doce
atur sillogistice. ¶ Dicendum q duplici via investigare pos
sumus q sillogizando adiscimus sillogizare. et primo p
id qd videt in alijs artibus. 2° per id qd habet intelle
ctus speciale preter alias potentias. Primu sic patet. vide
mus q fabricando fabri simus. et citarizando arte citari
zandi adiscimus. ergo a simili formando sillos. et specu
lando qualiter formant silli arte sillogizandi adiscimus. Se
cundo hoc ide patet per id qd habet itellectus speciale preter po
tentias alias. na itellectus est supra se conversiuus. Intelle
ctus enim no solu itelligit se: sed etia itelligit se intellige
re. et eode actu quo itelligit: itelligit se intelligere. qa si
hoc eet alio et alio actu: tuc eet abire in ifinitu. Standu
est ergo in primis: ut eode actu quo itelligit aliqd: intel
ligat se intellige illud: et qr sillogizare et discurre sunt
actus rationis et intellectus ideo no solu itellectus sillogi
zat: sed etia cognoscit se sillogizare. et eode actu quo sil
logizat: se sillogizare cognoscit. sillogizando enim pote
rit cognoscere se sillogizare: et poterit artem sillogizan
di adiscere. ¶ Ulterius. dato q sillogizando possumus
discere sillogizare. ¶ Dubitaret forte aliquis: qr videt
q fuerit supuacuu iuenire logica. na cum alie scie sillo
gizant: et sillogizando possumus adiscere arte sillogizandi
videt q adiscendo alias scias possumus adiscere artem
sillogisticam quam logica tradit: supuacuu ergo fuit propter
hoc logica iuenire. ¶ Dicendum q duplici via investigare
possumus: q necessariu fuit logica iuenire. no obstante
q sillogizando adiscimus sillogizare. Prima via sumit
ex facilitate adiscendi. 2° ex complemento doctrie. Prima
tangit phs in. 2. meta. ubi ait. q no est bonu simul que
rere sciam et modu sciendi. si enim adiscendo alias scienti
as et sillogizando in alijs scientijs vellemus arte sillogizan
di adiscere. tuc simul quereremus sciam et logica que
est modus sciendi: et que docet sillogizare. et qr male na
ti sumus ad adiscendu: et intellectus ni nascit qsi tabula
rasa: et multu tepus apponit in ignorantia. id valde dif
ficile est ei adiscere quodcuqz illorum per se et valde est diffi
cile itellectui adiscere logicam per se. et etia est ei difficile
adiscere alias scias per se. Si aut adiscere vellet sillogi
cam cu alijs scientijs: no solu hoc eet ei difficile: sz quo
damodo ipossibile. Vn Commentator supra 2m meta. expo
nens illud verbu phi. q no oportz simul querere sciam et mo
du sciendi. i. logica. ait q cu ho adiscit logica cuz adin
ventione aliaru sciaru: tuc no adiscit hanc nec hanc. i. tuc
no adiscit logica nec alias scias. ergo propter possibili
tate et facilitate adiscendi necesse fuit logica invenire: et
ut no simul quereremus sciam et modu sciendi. ¶ Se
cunda via ad hoc ide sumit ex complemento doctrine. nam
lz sillogizando adiscimus sillogizare: tn qr scire est co
gnoscere causas et principia rei: no perfecte possumus scire ar
te sillogizandi: nisi sciamus sillm reducere in suas causas:
et in sua principia. et qr principiu silli: cuiusmodi est dici
de omni et dici de nullo: et ea ex quibus costat sillus do
cet logica et no alie scie. ideo ad completione artis sillo
gistice necesse fuit logica invenire. ¶ Ulterius. dato q
necessariu fuerit logica invenire. Dubitabit forte ali
quis: utru sit simile de inventione logice et de inventione
aliaru sciaru. ¶ Dicendum q sicut in alijs scientijs ex admi
rari inceperunt phari. et videndo effectus inceperunt inve
stigare causas: ut videndo eclipsim ceperunt investigare causam
eius. qua investigata habuerunt sciam de eclipsi. sic anti
qui sapientes videntes q itellectus ad qualibet re invenit
rationes et argumenta: ceperunt investigare quo intellectus ar
guit: et quo sillogizat. et conati sunt invenire principia
et elementa sillorum. quibus inventis invenerunt arte sillogizan
di. est ergo quodammodo simile de inventione logice et alia
rum sciaru. ¶ Ulterius aut cu logica sit de conceptibus
et actibus rationis cum videamus q actus rationis et intelle
ctus diversificat secundum diversa que format intellectus in
intelligendo. Nam in intelligendo simplicia format dif
finitione. in itelligendo composita format enunciatione.
in discurrendo aut ab vna propositione ad alia format rationez
et sillm. ¶ Dubitaret ergo aliquis utru sit sile de intelle
ctu prout intelligit simplicia et format diffinitionez vel
conceptu aliquem loco diffinitionis. et prout intelligit com
posita et format enunciatione. et prout discurrit et facit sil
logismu. Dicendum q quantu ad pns spectat dicere possumus
q quodammodo est sile quantu ad hec oia. nam sicut in itel
lectu simpliciu est dare aliqd qd statum per seipm se of
fert itellectui: per cuius intellectu ceteri alij conceptus for
mant. hoc aut secundum Auic. est ens et ee. nam primu qd imp
mit menti nre: ut ipse ait est ens et ee. quicquid postea intel
lectus concipit et quicquid intelligit habet intellige per ens et ee
et qr sic est: ergo in itellectu simpliciu est dare aliqd qd
statum imprimit in intellectu: et per illud cetera alia fi
unt intellecta. sic etia et in itellectu compositorum et in for
mando enunciationes convenit hoc ide. no ceteras propositi
tiones intelligimus per coes animi conceptiones quas
dignitates vocat. dignitates aut ipsas intelligimus in
telligendo hanc dignitate q no convenit aliqd simul esse et
no ee. fundat enim hec dignitas imediate sup ipso en
te et sup ipso ee: qr sicut ens et ee est de itellectu omniu
simpliciu sic hec enunciatio et hec propositio que imediate fu
dat sup ipso ente est de intellectu ceteraru propositionum. si
cut ergo in enunciationibus ee contingit qr cetere enuncia
tiones roborant et reducunt ad enunciationes primas
que vocant coes animi conceptiones. Coes aut ai conce
ptiones reducunt ad propositione hanc qr no contingit simul
ee et no ee. hec aut propositio non reducit ad propositione alia: sed
in seipsa est manifestissima et habet causaz sue veritatis. Si au
tem reducit hec propositio no reducit in intellectu composito
rum: sed reducit in aliqd simplex ut in ens et ee. sic pos
sumus aliquem sillm formare in que prie reduci oes silli.
ille aut sillus no reducet in ulteriore sillm: ut si hec sint
principia formalia silli. dici de oi et dici de nullo si fieret
vnus sillus continens hec formalia principia: in illu sillm
reducerent oes silli. utputa si fieret talis sillus. in qui
busqz sillis est principiu dici de omni et dici de nullo illi
sunt perfecti silli. sed in oibus sillis prime figure formatis
secundum coniugationes utiles est principium dici de omni vel

dici de nullo. ergo oēs tales sunt ꝯgrui ⁊ pfecti silli. ꝓpter qḋ quodāmō oīo est simile de intellectu cōpositoꝝ quo formanť enūciationes: ⁊ de intellectu discursiuo quo formanť silli. nā sicut oēs enūciationes reducunť in enūciationes ꝑmas. i. in cōes animi cōceptiones. Cōes aūt enūciationes ꝑme reducunť in hanc qꝛ nō cōuenit aliqd simul eē ⁊ nō eē. hoc aūt non reducitť in enūciatione aliquā: sed cōtinet in scipm eē ⁊ imediate fundať in ente qḋ est de itellectu oīum alioruꝫ. sic oēs alij silli reducuntur in sillos ꝑme figure. silli autez ꝑme reducunť in illū sillm quē formamus qui cōtinet ꝑncipia formalia oīum silloꝝ. ille aūt sillus scipso facit fidē ⁊ hēt in scipso cām sue vitatis ⁊ nō reducitť in aliquē aliū sillm: sed reducitť in dici de omni ⁊ de nullo. que ꝑncipia sunt ptes illius silli: ⁊ ſm subam ingrediunť illū sillm. sicut hec ꝓpō ꝙ nō ꝯtingit simul esse ⁊ nō eē: nō reducitť in ꝓpōne aliam: sed reducitť soluꝫ in ipso eē qḋ est pars illius ꝓpōnis. ⁊ ſm subam ingreditur ꝓpōnē illā. bñ dictū est ergo ꝙ sicut qꝛ eē est de intellectu oīum alioꝝ: ideo ꝓpō illa que ex ipso eē sumitť roborat oēs aliās ꝓpōnes. ipsa aūt nō reducitť in aliā: sed hēt in se ipsam cām sue ueritatis ⁊ hēt id per quod oia alia roboranť. sic sillus ille formatus de principijs formalibus silli ꝯtinet artē sillogiçādi ⁊ nō reducitť in aliū sillm: sed oēs alij reducunť in ipm. patet ergo quō quodāmō sic est de cōceptu sillogistico ⁊ de alijs cōceptibus. patet etiā ꝙ sillogiçādo pōt tradi ars sillogistica ⁊ ꝙ per sillm pōt hēri ars de sillo: nec tñ ibit in infinitū: qꝛ est de necessitate ad aliquē sillm deuenire qui nō reducet in aliū sillm: sed scipso facit fidē: ⁊ hēbit in se ꝑncipia roborātia oēs sillos. sicut lꝫ per ꝓpōnē probeť alia ꝓpō: tñ nō itur in infinitū: sed est deuenire ad aliquā ꝓpōnē que nō reducitť in ꝓpōnē: sed scipsa facit fidē. nō enim ꝓbať per ꝓpōnē aliā qꝫ per scipsaꝫ. habet enim in scipsa ipsum eē ⁊ fundať in ipo ente qḋ est rō q̄re cetera cognoscanť. ¶ Ulterius aūt qꝛ intellectus humanus nō qescit. Dubitaret forte ꝙ non videtur possibile ꝙ per sillm tradať ars de sillo: qꝛ ut superius arguebať: si aliqs faber fabricaret oēm martelluꝫ nō posset per martellū aliquē oēm martellū fabricare: qꝛ tūc ille martellus fabricaret scipm. ergo a simili cū tradēs artē silli doceat cōstruē oēm sillm. ⁊ cū in huiꝰ arte ꝓbeť forma cuiuslibet silli: nō pōt hoc fieri per sillogismū: qꝛ tūc in illo sillo forma illius silli ꝓbareť in forma suipsius: qḋ videť incōuenientēs: qꝛ semꝑ qḋ agitť ⁊ per qḋ agitť debet eē distincta: qꝛ distinctū debet esse organū per qḋ fit actio ⁊ id qḋ actioni subditť: qꝛ non pōt idē agere in scipm. ¶ Dicēdum ꝙ lꝫ per aliquem martellū nō possit fabricari oīs martellus: est tñ aliqs sillꝰ qui ꝓbat ⁊ roborat oēꝫ sillm ut patet in sillo facto: ut si diceret. in quibuscūqꝫ sillis est ꝑncipiū dici de oī uł de nullo: illi sunt pfecti ⁊ cōgrui silli: sed in oībus talibꝰ sillis est hꝰ: ergo ⁊c̄. iste sillus roborat oēs sillos: quia in oībus sillis est ꝑncipiū dici de oī uel dici de nullo: uel sunt reducibiles ad hꝰꝰ sillos. roborat etiā hic sillꝰ scipm ⁊ in hoc sillo etiā est huius ꝑncipiū. possumꝰ aūt duplicē viā assignare q̄re in opibus exterioribus non possumus inuenire aliqd qḋ agat in oē tale: ut nō possumus inuenire martellū qui fabricet oēm martelluꝫ. in actibꝰ tñ rōnis possumus inuenire aliqd cuiꝰ actio se extēdat ad oē tale: ꝓut possumus inuenire aliqueꝫ sillogismū qui roboret quēlibet sillm. Prima via sumitť ex pte potētie agētis. scđa ex pte actus eliciti ab ipa potētia. Prima via sic patet. nā potētie corpales ⁊ oēs virtutes organice nō sunt supra se ꝯuersiue. ⁊ qꝛ talia nō agūt in scipsa ea que ab ipsis ꝓcedūt nō sunt supra se cōuersiua nec agūt etiā in scipsa. ⁊ qꝛ incōueniens est talia agere in scipsa: incōueniēs est inuenire aliquē martellū qui fabricet oēm martellū. qꝛ tūc ille martellus cū sit qd corpale fabricaret scipm ⁊ agerēt corpalia in scipsa: qḋ est incōueniēs. sed nō est incōueniēs reperire aliquā rōnē que roboret quālibet rōnē: qꝛ rō est supra se cōuersiua: ideo qḋ a rōne ꝓcedit poterit eē cōtra se ꝯuersiuť ⁊ hēre actionē in scipm: ⁊ nō erit incōueniēs ut dicebať inuenire aliquē sillm qui roboret quēlibet sillm: nec est incōueniēs inuenire aliquā rationeꝫ que roboret quālibet rōnem: qꝛ sillogiçare ⁊ rōcinari sunt actus rōnis ⁊ intellectꝰ qui est potētia supra se cōuersiua. In his ergo que intellectꝰ facit: uel in his que ꝓferunť in uoce: uel in his que scribunť: qꝛ talia sunt significatiua eoꝝ que sunt in mēte: poterit hic modus inueniri ꝙ reperiať aliqd tale cuiuꝫ actio se extēdat ad oē tale: ⁊ per ꝯñs se extēdat quodāmō ad scipm. ergo ut supius tāgebať ex pte ipsius intellectꝰ qui est potentia supra se ꝯuersiua declarať qḋ queritť. ¶ Scđo declaratur hoc idē ex pte actus eliciti ab intellectu. Nam cuꝫ organū per qḋ agitť est res aliq̄: ⁊ id qḋ agitť per illḋ organū est etiā res: opꝫ eē realē dr̄iam inter organū agēs ⁊ rē actā. sed cū ipsius per qḋ agitur est res rōnis ⁊ est actus a rōne elicitꝰ. ⁊ illud ad qḋ se extēdit actus illiꝰ organi est etiā qd rōnis: sicut inter res querimꝰ dr̄iam realē: sic inter ea que sunt qd rōnis sufficit ſm rōnem dr̄iam querere. si ergo aliqs sillus scipm roborat sufficit illū sillm a scipso ſm rōnē differre ut est organuꝫ ⁊ ſbm: ⁊ ut est qd roborās ⁊ qd roboratuꝫ. igitť qꝛ sillus est qd rōnis ⁊ qōlibet sillo quodāmō docemus sillogiçare: ⁊ qdā sillus est aliquo mō supra se ꝯuersiuus. cōpleta tñ ars sillogiçādi cōtinetť in sillo hñte in se principia formalia silloꝝ: ⁊ per illuꝫ sillm roboranť oēs alij silli. ¶ Ulterius aūt: qꝛ adhuc itellectus hoīs non gescit. Dubitaret forte aliqs: qꝛ videť oīno incōueniens ꝙ aliqs sillus scipm roboret. qꝛ cū roborās sit notius roborato idē eēt notius scipso qḋ est icōueniēs. ¶ Dicēdū ꝙ in cognitione cōclōnū uel eoꝝ que cognoscuntur per alia hoc est uerū: ꝙ ꝓbās est notius probato: ⁊ manifestās est notius manifestato. in cognitione autē ꝑncipioꝝ ueritatē nō hēt: qꝛ ꝑncipia scipsis faciūt fidē ⁊ per scipsa sunt manifesta: ⁊ qꝛ sillus formaťex ꝑncipijs formalibus silloꝝ. etiā ꝯtinēs ꝑncipia illa hēt rōnē ꝑncipij ⁊ elemēti in arte sillogistica. nō enim est incōueniēs ꝙ hꝰꝰ sillus roboreť ⁊ cōfirmeť ⁊ faciat de se ipso fidē. per scipm. i. per ꝑncipia cōcepta in ipso. possumus aūt hoc manifestare per sile: qḋ videmus in denoiatione incōplexoꝝ: qꝛ specialia ꝓprie loquēdo scipsa nō denoiant. qꝛ albedo ꝓprie nō est alba: nec cursus currit nec motus moueť. gnalia aūt scipsa denomināt qꝛ bonitas est bona: ⁊ magnitudo est magna: ⁊ entitas est ens. sic ⁊ in ꝓposito rōnes facte in terminis specialibus scipsas nō roborāt. facte aūt in gnalibꝰ pñt scipsas gnare: sicut gnalia scipsa denoiant lꝫ specialia se ꝓprie nō denoient. ¶ Ulterius aūt dubitaret forte aliquis cum ars sillogistica possit tradi per sillm q̄re ars demōstratiua nō possit tradi per demōstratiōeꝫ. ¶ Dicēdum ꝙ duplici via inuestigare possumus ꝙ docens sillogiçare pōt sillogiçare: ⁊ ars sillogistica potest tradi per sillm. docēs aūt demōstrare nō demōstrat. ⁊ ars demōstratiua nō pōt tradi per demōstrationē. Prima via sumitť ex parte artis demōstratiue. scđa ex parte logici tradētis artē demōstrādi. Prima via sic patet. nā ars demōstratiua se extēdit ad oēm demōstrationem. Non enim tradereť ars demōstrādi nisi dareť notitia de omni demōstratione. Ille aūt qui docet oēm demōstrationē: oportet ut utaťterminis cōibus cuilibet demōstrationi: sed per coīa non est demōstratio: ergo tradēs artē demōstrādi nō demōstrat. diceret enim logicus tradēdo artē demōstratiuā ꝙ demōstratio est ex ꝓprijs ⁊ ex ueris. his aūt oēs speciales artifices utunť. quelibet enim sciētia demōstratiua ex ꝓprijs ⁊ ueris

est. sed hec pcedit ex his ppriis et ex his veris. illa aut ex aliis ppriis et ex aliis ueris. dicē autē demōstratiōnē ee ex ppriis et ex ueris est pcedere per coia cuilibet discipline. et qr arguēs per coia nō demōstrat: cum demōstratio fit ex ppriis et ueris: tradēs artem demōstrādi nō demōstrat. ¶ Secūda via ad hoc idē sumitur ex pte logici tradētis artē demōstrādi. nā quodlibet agēs agit sm organa sibi debita. cū ergo organū logici non sit demōstratio: logicus nō pōt eā adē artē de demōstratione per demōstrationē: qr tūc ageret per nō ppriū organū. sicut ergo quelibet ars agit opa sibi debita per pptia organa. et qr nō utit organis alteri᷒ artis: ut cū ppriū sit artis edificatiue facere domū: nō tn facit eam cum organis artis sutorie. sic qr demōstratio est actus rōnis uel est cōstituta per rōnis actū. logicus qui circa talia uersat docet demōstrationē cōponere: et tradit artē demōstrādi nō tn facit eam per demōstrationē: quia ut in pseq̄ndo patebit demōstratio nō est instrm eius tn qr nō repugnat sillo q fiat per coia: cū etiā qr ppriū organū logici est sillus. logicus pōt tradere artem de sillo per sillm eo mō quo est supius declaratū. Sed qr demōstrationi repugnat q fiat ex coib᷒: et logici nō est ppriū organū demōstratio: nō poterit logicus tradere artē de demōstratione per demōstratione qd declarare uolebamus. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs qr videt q logicus tradit artē de demōstratione per demōstrationē. et videt q organū eius ppriū sit demonstratio. nam per demōstrationē pbat debita passio de debito subiecto per debita pncipia. gra enim exempli loquēdo dicamus q hoc mō pcedit logicus. nam cū in libro poz sbm sit sills. pbat logicus in libro illo de hoc subiecto. i. de sillo hāc passionē que est de necessitate cōcludere per hec pncipia. vz per dici de omni et de nullo. pbat ergo ibidē q ppriū sit silli de necessitate manifeste cōcludē per illa pncipia que cōtinet. Nā et si in aliis argumētationib᷒ ubi nō reseruant expsse illa pncipia. sequit de necessitate pclo. tn non sequtur sic manifeste sicut sequtur in sillis illis formatis per illa pncipia. et qd dictū est de libro poz respectu silli ueritatē videt hēre de libro posterioz respectu demōstratiōis. Nam in libro isto subiectū est sillus demōstratiōis de quo pbat hec passio q aggenerat sciam et q est faciēs scire per hec pncipia: qr est ex pmis ueris et imediatis causisq pclonis. ¶ Dicēdū q duplici via inuestigare possumus q h᷒ pcessus facti a logico nō sunt demonstrationes. In demrātione enim sunt duo pſiderāda videlicet ea ex qbus demōstratio fit que sunt quasi demōstrationis cā. h᷒ aūt sunt pncipia cuilibet disciplinę. 2º in demrātione cōsiderādū est qd ex demrātione causat: et hic est demrātionis effect᷒. huius aūt est efficere aggnāre sciam. sillus enim demrātionis cōsistens ex ppriis aggnāt sciam in aia nra qd est demōstratiōis effect᷒. ¶ His visis patet q logicus tradēs artem de demrātione nō demōstrat. tum qr tradit artē per coia tum etiā qr per artē traditā nō aggnāt in nobis sciam sed modū sciēdi. docet enim logicus q demrātio est ex ppriis et ex ueris: in speciali uō que sunt illa propria et que sunt illa uera determinare nō spectat ad logicum qr ipse nō utit specialib᷒ terminis. hoc enim nomē ppriū est nomē secūde intētionis: et est cōe ad oia ppria et ad ppria qbus utit geometra. et ad ppria qbus utitur arithmeticus: et ēt ad ppria aliarū sciarū. dicē ergo demrātionem esse ex ppriis et nō descēdere ad specialia ppria. nō est pcedere per ppria sed per coia. ergo si pſideramus ea ex qbus demrātio cōstituit: patet q ars tradita a logico de demrātione et rō illa quā format logicus de demrātione faciēda nō est demōstratio qr est per quedā coia tradita. Rursus si pſideremus id qd per demrātionē efficit: patet q ars demrādi per

demrātionē nō tradit. nā scire demrātionē et scire sillm ut est applicabilis ad res demrātas et sillogiçatas non est scire aliqd in re: sed est scire modū per quē debemus scire. per artē ergo demrādi et sillogiçādi nō aggenerat in nobis scia sed modus sciēdi. vn̄ et ipsa logica a pho in 2º me᷒. modus sciēdi est appellata. ars ergo illa per quā tradit ars demrādi uel notitia de demrātione: tū qr pcedit per quedā coia. tum qr nō aggnāt in nobis sciam sed modū sciēdi: nō est per demrātionem tradita. nec de demrātione per demrātionē habet notitia. ¶ Qd vo arguebat q logicus pbat hāc passionem efficē sciam de hoc sbo. vz de demrātione per hec pncipia: qr pcedit ex ppriis et ueris. pp̄ter hoc q formabit logicus h᷒ rōnē. qcqd pcedit ex ueris et ex propriis aggnāt sciā: demrātio est h᷒ ergo et c. patet q hec rō nō est demrātio: qr termini quos assumit sunt cōes cuilibet scie speciali. nā quelibet scia specialis demonstrat. quelibet pcedit ex ueris et ex ppriis. per quemlibet talē pcessum nō aggnāt in nobis scia. nō ergo qlibet pbatio alicuius de aliquo per aliq̄ pncipia est demōstratio nisi hoc fiat per pprios terminos qd nō facit logicus. semp enim tā dialeticus q̄ rhetoricus pcedit per quedā coia. iuxta illud phi in pncipio rhetorice. ambe enim vz dialetica et rhetorica sunt de talibus qbusdā que coiter quodāmō oium est cognoscē et nullius est scire determinate. ¶ Ulterius aūt q logicus nō utat demrātione dubitaret forte aliqs. utrum spectet ad eū tradē artē de demrātiōe et docē demonstrationē cōponere. ¶ Dōm q sicut videmus in aliis artib᷒ ita suo mō possumus in logica arbitrari. videmus enim in arte fabrili q multa organa fabricat et cōponit qbus nō utit. fabricat enim faber uomerē quo nō utit ipse: sed agricola. fabricat etiam acū qua non utit ipse sed sutor. cū enim ars fabrilis uersat circa ferrum tanq̄ circa ppriā mām ad eā spectat pstruere oē qd est ex ferro. nō tn q utat oibus organis ex ferro cōstructis. cū enim organū sit aliqd ad finē ordinatū: illa organa ferrea que fini fabrili sunt inutilia: cuiusmodi est acus uel quodcūq aliud qd nō pōt dura scindē: fabricauit ea faber eo q sint ex ferro: nō tn utet eis: qr nō sunt utilia suo fini. sed sicut ars fabrilis est circa ferrū tanq̄ circa ppriā mām: ita dialetica est circa actus rōnis. uel circa ea que per act᷒ rōnis sunt cōstituta tanq̄ circa ppriā mām. qr sicut spectat ad artē fabrilē versari circa oē ferrū et fabricare qcqd ex ferro cōponitur sic spectat ad logicū uersari circa oēs actus rationis et circa oia que per h᷒ actus sunt cōstituta: nō tn utet logicus oibus talibus sicut nec faber omni organo ferreo: qr cū demrāre et sillogiçare oino ad actus rōnis ptineant: lz logicus nō utat demōstratione. ad ipsū tamen spectat tradere artē de demōstratione: et ult de oi sillo. ¶ Ulterius autem dato q logicus non utat demonstratione: tradit tn demōstrationis artem. ¶ Dubitaret forte aliqs utrum aliqs alius artifex a logico possit tradere artē. et videt q rhetor possit huiusmodi artem tradere. nam si logicus tradit artē de demōstratione: qr logica uersat circa rōnis actus uel circa ea que p huiusmodi act᷒ sūt cōstituta. cū etiā circa talia uersetur rhetorica: videt q ad rhetorē ptineat tradere artē demōstrandi. ¶ Preterea de entimemate determinat logicus et rhetor. et etiam de exēplo determinat uterq. qd ideo videt ueritatē habere qr arguere per exēplum et entimema spectat ad rōnem. et qr circa ea que rōnis sunt uersat tam dialeticus q̄ rhetor: ideo de eis uterq determinat. ergo a simili cū arguere per demonstrationem et per sillm spectet ad rōnē: tam ad dialeticum q̄ ad rhetorē: eo q uterq eoz sunt artifices rōnales: spectabit determinare tam de demōstratione q̄ de sillo. artē ergo demōstrādi et sillogiçādi non solum tradet

dialeticus sed et rhetor. ¶ Dicendū ꝙ si uera eēt opi
nio Tullij qui totū negociū rhetoricoꝝ visus est collo
care sub negocio politico: nō hēret difficultatē qꝺ que
rit. qꝛ tūc rhetor non eēt artifex rōnalis nec spectaret
ad eū determinare de actibᵘˢ rōnis: sed cū ſm pħm ⁊
ſm vitatē rhetorica sit assecutiua dialetice. ⁊ sit magis
q̄dā dialetica q̄ꝫ quedā politica. ⁊ uterqꝫ tā rhetor q̄ꝫ
dialeticus sit de qbusdā coibus: ⁊ sint artifices rōna-
les. videt eē rōnalis qꝺ q̄re nō uterqꝫ determiat de de-
mōstratione. cū demōstratiōē cōstruere ⁊ oino sillogi-
çare ad rōnē ptineāt. ¶ Sciēdū ē ꝙ cū nostrū itelligē
sit cū discursu. ⁊ cū nō possimᵘˢ hēre scias rerū nisi per
rōnes ⁊ argumēta. ut pōt patere per habita. nec arguē
do ēt rōcinādo erraremus oportuit de ipsa rōne ⁊ ar-
gumētatione īuenire artē. ⁊ qꝛ rōnes ⁊ argumēta ap-
plicabilia sunt tā ad speculatiua ⁊ ad artes sciētificas
⁊ subtiles q̄ꝫ etiā ad agibilia ⁊ ad artes morales ⁊ pra
cticas. ideo oportuit q̄si duplicē dialeticā īuenire. vnā
que descēderet in artes speculatiuas ⁊ subtiles. ⁊ hec
cōmuni noīe appellata est logica. ⁊ aliā que descende-
ret in artes morales ⁊ practicas: ⁊ hec uocata est rhe-
torica que dicit eē assecutiua dialetice. qꝛ est q̄si que-
dam grossa dialetica. tradere ergo artē arguēdi in sciē
tijs moralibᵘˢ ut in politica ⁊ ethica spectat ad rheto-
rē. Attū si arguat in illis sciētijs: cū rhetor ꝓcedat ex
coibus. politicus ꝓcedat ex ꝓprijs: erit rhetor qdā so
phista politicus. sic tradere artē demōstrādi ⁊ tradere
artē arguēdi in sciētijs speculatiuis spālibᵘˢ spectabit
ad dialeticū. Attū si dialeticus uelit arguē in illis sciē
tijs. utputa si per quedā coia qbus ipse utit uelit ꝓba-
re ꝯclones geometricas: ut si uellet per coia ꝓbare cir
culi q̄dratura erit dialeticus sophista geometra: sicut
rhetor arguēs ī politica erit sophista politicᵘˢ. ¶ Hoc
viso patet qd sit dicēdum ad questionē ꝓpositam. naꝫ
si rhetorica est quedā grossa dialetica ⁊ eius est trade-
re modum arguēdi in sciētijs moralibus ⁊ grossis: cū
huiusmodi sciētie ꝓcedāt suphicialr. ⁊ typo. i. exēplari
ter: eo ꝙ actus humani non cadūt sub vna regula. nec
de huiusmodi actibᵘˢ de qbus sunt tales sciētie ꝓsit de
mōstrationes cōstitui: nō spectabit ad rhetorē tradere
artē de demōstratiōē. ¶ Ad ꝺ v̄o arguebat ꝙ rhetor est ar
tifex rōnalis patet: qꝛ rhetorica est q̄si quedā grossa di
aletica. vñ nō spectat ad ipꝫ tradere de omni mō argu
endi. sed soluꝫ determinabit de illis arguendi modis
per quos arguimus suphicialr ⁊ typo. hᵘⁱ aūt sunt exē
plum ⁊ entimema. nō aūt demōstratio ⁊ sillus. ¶ Ad ꝺ
v̄o ulterius arguebat ꝙ de entimemate determiat rhe
tor ⁊ dialeticus. ergo pari rōne poterit determinare
uterqꝫ de demōstratione: dici debet ꝙ nō est silē: sed q̄
liter nō sit silē: ⁊ quō uterqꝫ poterit determinare de en
timemate: ⁊ nō de demōstratione cuꝫ exponet passus
ille habitus circa ꝑncipiū huius libri ꝙ rhetorice per-
suadēt per exēpla ⁊ entimemata appebit. ¶ Ulterius
aūt dato ꝙ ad rhetorē nō ptinet tradere artē demon-
strādi. Dubitaret forte aliqs uerū hoc possit ptinē ad
artifices speciales. ⁊ videt ꝙ sic: qꝛ fabricādo fabri fi-
mus: ⁊ citharicādo adiscimus citharicare: q̄re cū aliē
scie demōstrēt: ergo in alijs sciētijs ars tradit demon-
strādi. ¶ Dicēdū ꝙ cū scire sit per cām nō sufficit de-
mōstrare ad hoc ꝙ tradat ars demrandi nisi reducat
demratio in suas cās. cum ergo quelibet scia specialis
demōstret opꝫ ꝙ id qꝺ est eā demrandi nō sit spāle ali-
cui scie: sed sit cōe ad oēs scias. ut si hoc mō reducit de
mōstratio in suas cās ꝙ sit ex ꝓprijs ⁊ ueris ꝓcedere
ex ꝓprijs ⁊ ueris nō est spāle alicui scie: sed est cōe cui-
libet arti. q̄re cuꝫ ars demrandi nō possit tradi per ter
minos spāles: sed per cōes eo ꝙ cōe sit cuilibet scie de-
mōstrare: tradē artē demrandi nō ptinebit ad aliquaꝫ
sciam spālē: sed hoc erit opus artificis cois. ¶ Est er-
go diligēter notādū ꝙ sicut aliq̄ instra ferrea cuiusmo
di sunt uomer ⁊ acus faber cōponit: sed nō utit. aliqs
aūt artifex cuiusmodi sunt agricola ⁊ sutor eis utitur
sed nō cōponit. aliqs aūt nec utit nec cōponit. qꝛ mul
te sunt artes que nō fabricāt acū nec uomerē nec utū-
tur illis. Sic ⁊ circa demrationē dicere possumus ꝙ
aliqs artifex ut logicus tradit artē demōstrādi: ⁊ tamē
demōstratione nō utit. aliqs aūt artifex ut qlibet arti-
fex spālis demōstratione utit. nec tñ tradit artē demō
strādi eo ꝙ ars demrandi nō nisi per cōes termios tra
di pōt. qbus uti non ꝓprie spectat ad artifices spāles.
¶ Rursus cum demōstratio ptineat ad actᵘˢ rōnis tra
dere artē demōstrādi nō ꝓprie spectat nisi ad artificeꝫ
rōnalē. nā sicut solus faber eo ꝙ ipse uersat circa mām
ferreā hēt fabricare organa ferrea lꝫ nō oibus organis
ferreis utat: sic solus artifex rōnalis hēt tradere artem
de demratione ⁊ de alijs que sunt per actus rōnis cō-
stituta: lꝫ ipse nō oibus talibᵘˢ utat. Artifex ergo rōna
lis cuiusmodi est logicus tradit artē demrandi. nō tñ
demratione utit. Artifex aūt realis spālis cuiusmodi
est geometricus arithmeticus: ⁊ qlibet talis demratio
ne utit. artē tñ demrandi non tradit: sed artifex realis
cois cuiusmodi est metaphisicus nec ꝓprie demratiōē
utit: nec artē demrandi tradit: nam hᵘⁱ artifex qꝛ cois
est ideo ꝓprie demratione nō utit: cuꝫ demratio sit de
ꝓprijs. ¶ Rursus qꝛ hᵘⁱ artifex nō est rōnalis sed rea
lis, ideo artē demrandi nō tradit. ipse enim metaphisi
cus ꝓprie non demonstrat: nisi uelimus accipē demō
strationē large pro omni certa cognitione, qꝺ maxi-
me competit metaphisico. Metaphisici enim nō est de
monstrare: sed eius est declarare qdditates ac reruꝫ es
sentias. ¶ Ulterius autē dubitaret forte aliqs: qꝛ vi-
det inconueniēs ꝙ aliqs det artem demonstrādi ⁊ ta
mē non demonstret. nam si fabricādo fabri fimus. ⁊ ci
tharicādo adiscimus citharicare: oportet ꝙ demōstrā
do adiscamus artē demonstrādi. ergo cum tradere ar-
tem demonstrādi idem sit ꝙ docere demonstrare. cum
non videat possibile ꝙ aliqs doceat artē demonstran
di nisi demōstrādo: qꝛ non aggenerant habitᵘˢ nisi per
actus congruētes habitui: non videt possibile ꝙ logi
cus det artē demonstrādi: ⁊ tamē dādo huiusmodi ar
tem non demonstret nec demonstratione utat. ¶ Di-
cēdum ꝙ in arte est ꝯsiderare duo. aliqd qꝺ est forma-
le: ⁊ aliqd qꝺ est māle. ut in arte domificādi qd forma
le est ibi ordo lapidum ⁊ ordo eoꝝ que domum ꝯstitu
unt. māle aūt sunt ibi lapides ipsi: videmᵘˢ aūt ꝙ si ho
mo eēt instructus in arte domificādi ⁊ sciret ꝯgrue or
dinare lapides in domo cum videamus aliquos lapi-
des eē molles ⁊ aliquos duros. ⁊ ex mollibus fit do-
mus debilior: ⁊ ex duris fortior: si ille instructus sic in
arte domificādi nunq̄ꝫ fecisset domum ex lapidibᵘˢ du-
ris. ad hoc ꝙ sciret domum ex lapidibus facē: nō opor
tet ꝙ aliqs doceret eum artē domificādi. nec ꝙ domi
ficaret coram eo. sed sufficeret ꝙ ostēderet qui sunt la-
pides duri dicēs ꝙ ex eis fortior fit domus. naꝫ domi
ficare ex lapidibus duris non differt a domificare sim
pliciter nisi in materia necessaria. ⁊ sillogiçare ex ꝓprij
s ⁊ ueris. qꝺ facit demōstratio de qua determinat in
hoc libro posterioꝝ: non differt a sillogiçare simplici-
ter de quo determinat in libro ꝑoꝝ nisi in materia. ad-
dit enim sillogismus demōstratiuus supra sillogismuꝫ
simplr necessitatem materie. postq̄ꝫ quis est instructus
in libro priorum: ⁊ scit artem sillogiçandi q̄tūꝫ ad
id qꝺ est formale ad hoc ꝙ discat demōstrare nō opor
tet sillogiçare: sed ei sufficit ꝙ materia ostendet ex qua
constat demonstratio. tunc enim cum arte sillogiçan-
di quam didicit in libro priorum: ⁊ cum cognitione
materie demonstratiue de qua dicetur in libro posteri
orum habebit sufficienter artem demonstrandi. vnde

